

nil pecti possit, sub pena quadraginta frx. comunis componenda, et si questio de illis bonis accideret, nisi in scriptis manu // 237 B publica reperiretur, de ipsis nulla ratio fiat. ¶ Si vero aliqua persona in contractu alicuius matrimonii dederit promisserit
5 vel designaverit alicui persone bona aliqua in dotibus et nomine docium, nullo modo ingenio sive causa rehabere possit, nec aliqua retrectatio ipsorum bonorum fieri debeat in vita illius cui data fuerint; et si qua persona contrafecerit, componat comuni centum libr. par. et nichilominus illa retrectatio,
10 quocunque modo facta fuerit, sit cassa et vana [et] nullius valoris. ¶ Et quandocunque aliquis notarius dabit sacramentum alicui mulieri sponse alicuius matrimonii, idem notarius venire debeat ad vicedominariam comunis et scribere in quaterno ad hoc deputato consuetudinem ad quam dictum
15 matrimonium contractum fuerit, annum Domini indictionem et diem testes rem comissam, si quid promitteretur tam nomine dotis quam pro baxaturis, et sacramentum datum iugalibus predictis, quem quaternum vicedomini comunis eidem notario debeat[n]t comodare, et hoc sub pena vigintiquinque libr. par.
20 tam pro notario quam vicedomino; et si contingeret quod vicedominus sacramentum daret alicui sponse, similiter predicta in dicto quaterno scribere teneatur; et habere debeat dictus notarius sive vicedominus unum grossum pro qualibet scripturarum predictarum, et tali scripture reperte in dicto quater-
25 terno scripture adhibeatur plena fides et habeatur pro vicedominata; et quandocunque dicta scriptura fuerit necessaria alicui notario qui ipsam scripserit, te- // neatur ipsam autenticare et 238 A vicedomini eam vicedominare debeant, non obstante eo quod esset annus elapsus. ¶ Item si alicui mulieri future sponse
30 alicuius facta fuerit per aliquam personam promissio aliqua nomine baxature, et hoc ante consumationem matrimonii inter ipsos iugales factam, si de ipsa promissione appareret publicum instrumentum, quod tali instrumento adhibeatur plena fides et ratio fiat petenti per dominium. ¶ Item quod, si matrimo-
35 nium factum fuerit secundum antiquam consuetudinem civitatis Tergesti, panni de dorso mulieris anulli et drecere cingulum argenteum et omnes alie bellizie facte ad dorsum ipsius